

Thomae de Aquino

Expositio libri *Peri hermeneias [De interpretatione]*

<Liber I, lectio 3>

<Textus Aristotelis>

Est autem, quemadmodum in anima aliquotiens quidem intellectus sine vero et falso, aliquotiens autem cum iam necesse est horum alterum inesse, sic etiam in voce.

Circa compositionem enim et divisionem est veritas falsitasque.
(I 1, 16a9-12)

<Expositio Thomae de Aquino>

Ad ostendendum igitur quod intellectus quandoque est sine vero et falso, quandoque autem cum altero horum, dicit primo quod *ueritas et falsitas est circa compositionem et divisionem.*

Ubi oportet intelligere quod una duarum operationum intellectus est

- (1) indivisibilibium intelligentia, in quantum scilicet intellectus intelligit absolute cuiuscumque rei quidditatem siue essentiam per se ipsam, puta quid est homo vel quid album vel aliud huiusmodi;
- (2) alia vero operatio intellectus est secundum quod huiusmodi concepta simul componit et dividit.

Dicit ergo quod in hac secunda operatione intellectus, scilicet componentis et dividit, invenitur veritas et falsitas, relinquens quod in prima operatione non invenitur, ut etiam traditur in III *De anima*.

Thomas von Aquin

Auslegung des Buchs *Peri hermeneias [De interpretatione]*

<Buch I, Lesung 3>

<Text des Aristoteles>

Wie aber die Gedanken in der Seele bisweilen auftreten, ohne wahr und falsch zu sein, bisweilen aber so, daß sie notwendig eins von beiden sind, so ist es auch im stimmlichen Laut.

Denn Wahrheit und Falschheit ist an Verbindung und Trennung geknüpft.

(I 1, 16a9-12)

<Auslegung des Thomas von Aquin>

Um also zu zeigen, daß der Verstand bisweilen nichts Wahres oder Falsches besitzt, bisweilen dagegen eins von beiden, stellt er [Aristoteles] zunächst fest, daß *Wahrheit und Falschheit im Bezug stehen zum Verbinden und Trennen.*

Hierbei gilt es zu berücksichtigen, daß die eine der beiden Verstandestätigkeiten

- (1) das Erfassen des Unteilbaren ist, insofern nämlich der Verstand in absoluter Weise die Washeit oder das Wesen irgendeines Dinges an sich erfaßt – wie etwa was der Mensch ist oder was weiß ist und anderes dergleichen.
- (2) Die andere Verstandestätigkeit geschieht dagegen so, daß der Verstand derartige Begriffe zugleich verbindet und trennt.

Er [Aristoteles] stellt also fest, daß sich in dieser zweiten Tätigkeit des Verstandes, d.h. des verbindenden und trennenden [Verstandes], Wahrheit und Falschheit findet, womit er zugleich einräumt, daß sich diese in der ersten Tätigkeit nicht findet, wie ja auch im 3. Buch *Über die Seele* ausgeführt wird.

[DUBIUM I]

Sed circa hoc primo videtur esse dubium, quia, cum divisio fiat per resolutionem ad indivisibilia sive simplicia, videtur quod, sicut in simplicibus non est veritas vel falsitas, ita nec in divisione.

Sed dicendum est quod, cum conceptiones intellectus sint similitudines rerum, ea quae circa intellectum sunt dupliciter considerari et nominari possunt :

- (1) uno modo secundum se,
- (2) alio modo secundum considerationes rerum quarum sunt similitudines;

sicut imago Herculis secundum se quidem dicitur et est cuprum, in quantum autem est similitudo Herculis nominatur homo.

- (1) Sic etiam, si consideremus ea que sunt circa intellectum secundum se, semper est compositio ubi est veritas et falsitas, quae numquam invenitur in intellectu nisi per hoc quod intellectus comparat unum simplicem conceptum alteri;
- (2) sed, si referatur ad rem quandoque dicitur compositio, quandoque dicitur divisio: compositio quidem quando unus intellectus comparat unum conceptum alteri quasi apprehendens coniunctionem aut ydemptitatem rerum quarum sunt conceptiones; divisio autem quando sic comparat unum conceptum alteri ut apprehendat res esse divisas.

Er per hunc etiam modum in vocibus affirmatio dicitur compositio in quantum ex parte rei significat <coniunctionem>, negatio uero dicitur divisio in quantum significat rerum separationem.

[DUBIUM II]

Ulterius autem videtur quod non solum in compositione et divisione veritas consistat.

[DUBIUM I: Die *compositio vel divisio* als *comparatio*]

Im Hinblick hierauf scheint sich jedoch ein Zweifel zu ergeben. Weil sich nämlich die Trennung auf das Untrennbare [Unteilbare] oder Einfache zurückführen läßt, scheint es, daß sich wie in den einfachen [Gehalten] so auch in der Trennung keine Wahrheit oder Falschheit findet.

Dazu ist jedoch zu sagen: Weil die Verstandesbegriffe Ähnlichkeiten der Dinge darstellen, lassen sich die Verstandesgehalte auf zweifache Weise auffassen und benennen:

- (1) zum einen an sich,
- (2) zum anderen im Hinblick auf jene Gegenstände, deren Ähnlichkeiten sie sind.

So wird auch das Bild des Herkules an sich als Kupfer bezeichnet und ist Kupfer. Insofern es dagegen Bild des Herkules ist, nennt man es Mensch.

- (1) In dieser Weise findet sich auch, wenn man die Verstandesgehalte an sich betrachtet, immer eine Verbindung, in der Wahrheit oder Falschheit ist. Diese findet im Verstand einzig und allein dadurch, daß der Verstand einen einfachen Begriff mit einem anderen vergleicht.
- (2) Bezieht man sie dagegen auf den Gegenstand, so heißt sie bisweilen Verbindung, bisweilen Trennung: und zwar Verbindung, insofern der Verstand einen Begriff so mit einem anderen vergleicht, daß er die Verknüpfung oder Identität der Dinge erkennt, deren Begriffe sind. Trennung dagegen, insofern er einen Begriff so mit einem anderen vergleicht, daß er erkennt, daß die Gegenstände verschieden sind.

Und auf diese Weise heißt auch im Bereich der Sprache die Bejahung Verbindung, insofern sie eine Verknüpfung von Seiten des Gegenstandes bezeichnet, die Verneinung dagegen [heißt] Trennung, insofern sie das Getrenntsein der Gegenstände bezeichnet.

[DUBIUM II: Die *compositio et divisio* als wahre oder falsche]

Darüber hinaus scheint Wahrheit aber nicht nur in der Verbindung und Trennung zu bestehen.

< 1 >

Primo quidem quia etiam res dicitur vera vel falsa, sicut dicitur aurum verum uel falsum. Dicitur etiam quod ens et verum convertuntur. Unde videtur quod etiam simplex conceptio intellectus, quae est similitudo rei, non careat veritate et falsitate.

<2>

Praeterea, Philosophus dicit in libro *De anima* quod sensus propriorum sensibilium semper verus est; sensus autem non componit vel dividit; non ergo in sola compositione et divisione est veritas.

<3>

Item, in intellectu divino nulla est compositio ut probatur in XI *Metaphysicae*; et tamen ibi <est> prima et summa veritas; non ergo veritas est solum circa compositionem et divisionem.

<Ad 1>

Ad huius igitur evidentiam considerandum est quod veritas in aliquo invenitur dupliciter:

- (I.) **uno modo sicut in eo quod est verum;**
 (II.) **alio modo sicut in dicente vel cognoscente verum;**

- (I.) invenitur autem veritas sicut in eo quod est verum tam in simplicibus quam in compositis,
 (II.) sed sicut in dicente vel cognoscente verum, non invenitur nisi secundum compositionem et divisionem.

Quod quidem sic patet.

(I.) Verum enim, ut Philosophus dicit in VI *Ethicorum* est bonum intellectus, unde, de quocumque dicatur verum, oportet quod sit per respectum ad intellectum. [...]

< 1 >

Zunächst einmal, weil auch die Dinge wahr oder falsch heißen, wie man von wahren oder falschem Gold spricht. Auch heißt es, daß Seiendes und Wahres vertauschbar sind. Daher ist scheinbar auch der einfache Verstandesbegriff, der eine Ähnlichkeit des Dinges ist, nicht ohne Wahrheit und Falschheit.

<2>

Außerdem stellt der Philosoph [Aristoteles] im Buch *Über die Seele* fest, daß der auf die eigentümlichen Objekte bezogene Sinn immer wahr ist. Der Sinn jedoch verbindet oder trennt nicht. Folglich findet sich nicht allein in Verbindung und Trennung Wahrheit.

<3>

Ebenso besteht im göttlichen Verstand keine Verbindung, wie im 11. Buch der *Metaphysik* erwiesen wird. Und dennoch ist dort die erste und höchste Wahrheit. Folglich besteht Wahrheit und Falschheit nicht allein mit Bezug auf Verbindung und Trennung.

<Zu 1>

Zur Einsicht in dieser Frage muß man daher bedenken, daß sich Wahrheit in etwas auf zweifache Weise findet:

- (I.) **zum einen, insofern sie in demjenigen ist, was wahr ist;**
 (II.) **zum anderen, insofern sie in demjenigen ist, der Wahres sagt oder erkennt.**

- (I.) Wahrheit, insofern sie in demjenigen ist, was wahr ist, findet sich sowohl im Einfachen wie im Zusammengesetzten,
 (II.) [Wahrheit] dagegen, insofern sie in demjenigen ist, der Wahres sagt oder erkennt, findet sich nur gemäß Verbindung und Trennung.

Dies wird folgendermaßen deutlich.

(I.) Das Wahre ist nämlich, wie der Philosoph im 6. Buch der *Nikomachischen Ethik* feststellt, das Gut des Verstandes. Daher muß was immer wahr genannt wird, einen Bezug zum Verstand besitzen. [...]

Considerandum autem quod aliqua res comparatur ad intellectum dupliciter.

(1) Uno modo sicut mensura ad mensuratum, et sic comparantur res naturales ad intellectum speculativum humanum. Et ideo intellectus dicitur verus secundum quod conformatur rei, falsus autem secundum quod discordat a re. Res autem naturalis non dicitur esse vera per comparationem als intellectum nostrum, sicut posuerunt quidam antiqui Naturales, aestimantes rerum veritatem esse solum in hoc quod est videri: secundum hoc enim sequeretur quod contradictoria essent simul vera, quia contradictoria cadunt sub diversorum opinionibus.

Dicitur tamen aliqua res vera uel falsa per comparationem ad intellectum nostrum, non essentialiter vel formaliter, sed effective, in quantum scilicet nata est facere de se veram vel falsam aestimationem; et secundum hoc dicitur aurum verum uel falsum.

(2) Alio vero modo res comparantur ad intellectum sicut mensuratum ad mensuram, ut patet in intellectu practico, qui est causa rerum. Unde opus artificis dicitur esse verum in quantum attingit ad rationem artis, falsum vero in quantum deficit a ratione artis.

Et quia omnia, etiam naturalia, comparantur ad intellectum divinum sicut artificialia ad artem, consequens est ut quaelibet res dicatur esse vera secundum quod habet propriam formam secundum quam imitatur artem divinam: nam falsum aurum est verum auricalcum. Et hoc modo ens et verum convertuntur, quia quaelibet res naturalis per suam formam arti divinae conformatur. Unde et Philosophus in I *Physicorum* formam nominat quicquam divinum.

<Ad 2>

Et, sicut dicitur res vera per comparationem ad suam mensuram, ita etiam et sensus vel intellectus, cuius mensura est res extra animam: unde sensus dicitur verus quando per formam <suam> conformatur rei extra animam existenti.

Nun ist zu bedenken, daß ein bestimmtes Ding in zweifacher Weise zum Verstand in Bezug steht.

(1) Zum einen wie das Maß Gebende zum Maß Empfangenden. In dieser Weise stehen die natürlichen Dinge in einem Bezug zum theoretischen Verstand des Menschen. Und daher heißt der Verstand wahr, insofern er mit dem Ding konform wird, falsch dagegen, insofern er vom Ding abweicht.

Das Naturding heißt dagegen mit Bezug auf unseren Verstand keineswegs wahr, wie bestimmte antike Naturphilosophen sagten, die meinten, die Wahrheit der Dinge bestehe einzig und allein darin, daß sie gesehen werden. Demnach würde nämlich folgen, daß Widersprüchliches zugleich wahr wäre, denn im Bereich der Meinungen verschiedener [Menschen] findet sich Widersprüchliches.

Die Dinge heißen gleichwohl wahr oder falsch mit Bezug auf unseren Verstand – nicht jedoch in einer wesenhaften oder formalen Weise, sondern in der Weise der Wirkung, insofern sie nämlich dazu in der Lage sind, von sich eine wahre oder falsche Einschätzung zu erzeugen. Und demgemäß spricht man von wahren oder falschem Gold.

(2) Zum anderen stehen die Dinge im Verhältnis zum Verstand wie das Maß Empfangende zum Maß Gebenden – wie beim praktischen Verstand offensichtlich ist, der die Ursache der Dinge ist. Daher sagt man vom Werk des Künstlers, es sei wahr, insofern es an den Begriff der Kunst heranreicht, falsch dagegen, insofern es vom Begriff der Kunst abweicht.

Und weil alle Dinge, auch die natürlichen, sich zum göttlichen Verstande verhalten wie die Kunstwerke zur Kunst, so folgt, daß von jedwedem Ding gesagt werden kann, es sei wahr, insofern es eine eigentümliche Form besitzt, dergemäß es die göttliche Kunst nachahmt. Denn falsches Gold ist wahres Narrengold. Und in dieser Weise werden Seiendes und Wahres vertauscht, denn jedwedem Naturding ist durch seine Form der göttlichen Kunst konform. Daher nennt der Philosoph auch im I. Buch der *Physik* die Form etwas Göttliches.

<Zu 2>

Und wie ein Ding wahr heißt im Bezug zu seinem Maß, so auch der Sinn oder der Verstand, dessen Maß das Ding außerhalb der Seele ist. Daher heißt der Sinn wahr, insofern er durch seine Form dem Ding konform wird, das außerhalb der Seele existiert.

Et sic intelligitur quod sensus proprii sensibilis sit verus. Et hoc etiam modo intellectus apprehendens quod quid est absque compositione et divisione semper est verus, ut dicitur in III *De anima*.

(II.) Est autem considerandum quod, quamvis sensus proprii obiecti sit verus, non tamen cognoscit hoc verum: non enim potest cognoscere habitudinem conformitatis sui ad rem, sed solam rem apprehendit; intellectus autem potest huiusmodi habitudinem conformitatis cognoscere, et ideo solus intellectus potest cognoscere veritatem: unde et Philosophus dicit in VI *Metaphysicae* quod veritas est solum in mente, scilicet sicut in cognoscente veritatem.

Cognoscere autem praedictam conformitatis habitudinem nihil est aliud quam iudicare ita esse in re vel non esse, quod est componere et dividere, et ideo intellectus non cognoscit veritatem nisi componendo vel dividendo per suum iudicium.

Quod quidem iudicium, si consonet rebus, erit verum, puta cum intellectus iudicat rem esse quae est, vel non esse quae non est, falsum autem quando dissonat a re, puta cum iudicat non esse quod est vel esse quod non est.

Unde patet quod veritas et falsitas sicut in cognoscente et dicente non est nisi circa compositionem et divisionem. Et hoc modo hic Philosophus loquitur. [...]

<Ad 3 >

Sciendum est autem quod Philosophus hic de veritate loquitur secundum quod pertinet ad intellectum humanum, qui iudicat de conformitate rerum <et> intellectus componendo et dividendo. Sed iudicium intellectus divini de hoc est absque compositione et divisione, quia, sicut et intellectus noster intelligit materialia immaterialiter, ita etiam intellectus divinus cognoscit compositionem et divisionem simpliciter.

(Lateinische Text: corpusthomaticum.org,
korrigiert aufgrund der Editio altera retractata der Leoninia I*1)

Und so versteht man, daß der auf das eigentümliche Objekt bezogene Sinn wahr ist. Und auf diese Weise ist auch der Verstand, der das Was-Sein ohne Verbindung und Trennung begreift, immer wahr, wie es im 3. Buch *Von der Seele* heißt.

(II.) Man muß aber bedenken, daß der auf das eigentümliche Objekt bezogene Sinn, obwohl er selbst wahr ist, dennoch nicht dieses Wahre erkennt. Er kann nämlich nicht das Verhältnis seiner Konformität im Hinblick auf den Gegenstand erkennen, sondern er erfaßt allein den Gegenstand. Der Verstand hingegen kann ein derartiges Konformitätsverhältnis erkennen, und daher vermag nur der Verstand Wahrheit zu erkennen. Daher stellt der Philosoph auch im 6. Buch der *Metaphysik* fest, daß die Wahrheit allein im Geiste besteht, nämlich in demjenigen, der die Wahrheit erkennt.

Das besagte Konformitätsverhältnis zu erkennen bedeutet aber nichts anderes als zu urteilen, daß es im Ding so und so sei oder nicht sei, das heißt zu verbinden und zu trennen. Und daher erkennt der Verstand die Wahrheit nur, indem er durch sein Urteil verbindet oder trennt.

Und zwar ist dieses Urteil, wenn es den Dingen entspricht, wahr – wie wenn der Verstand vom Gegenstand, der ist, das Urteil trifft, daß er ist oder vom Gegenstand, der nicht ist, daß er nicht ist – falsch dagegen, wenn es vom Gegenstand abweicht – wie wenn er von dem, was ist, das Urteil trifft, daß es nicht ist oder von dem, was nicht ist, daß es ist.

Somit ist offensichtlich, daß Wahrheit und Falschheit, insofern sie im Erkennenden oder Sprechenden ist, nur mit Bezug auf Verbindung und Trennung besteht. [...]

<Ad 3 >

Man muß aber wissen, daß der Philosoph hier von der Wahrheit in der Weise spricht, wie sie zum menschlichen Verstand gehört, der über die Konformität der Dinge und des Verstandes urteilt, indem er verbindet oder trennt. Das Urteil des göttlichen Verstandes darüber aber ist ohne Verbindung oder Trennung, denn, wie auch unser Verstand das Materielle auf immaterielle Weise erkennt, so erkennt auch der göttliche Verstand die Verbindung und Trennung auf einfache Weise.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)